

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Vicium a  
cum fonte primo

Tibi non tantum expellenda sunt uicia  
quam refellenda.  
Quid utique facilius est non suscipere  
quam suscepta semel deponere;  
nec eorum tanta dulcedo est ut ea  
debeamus preferre uirtutibus, cum nec  
in omnibus sit delectacionis illecebra et  
a plerisque eciam ea que uidentur  
dulcissima respuantur.

Ieronymus ad Demetriadem uirginem.

Nam si etiam illi, qui longo peccandi usu  
bonum quodammodo obruere naturae,  
instaurari per poenitentiam possunt, et,  
mutata voluntate vivendi, consuetudinem  
consuetudine exstinguere, ac optimi  
quoque de pessimis fieri; quanto magis  
tu potes illa superare, a quibus non  
superata es?

cui non tam expellenda sunt vitia,  
quam refellenda;  
quae utique non suscipere facilius est,  
quam semel suscepta deponere.  
Nec vero eorum tanta dulcedo est, ut ea  
debeamus praeferre uirtutibus; cum nec  
in omnibus sit delectacionis illecebra, et  
a plerisque ea etiam quae uidentur  
dulcissima, respuantur.

Pelagius, *Epistola ad Demetriadem*, 17-  
18 (PL 33, col.1111).